

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXVIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo XCVIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

de quibus dicit apostolus. Quia cognoscentes dñm non sicut dñm glorifi-
cauerunt. Quid enim prodest habere intelligentiam ueram de im-
mutabili bono eū q̄ n̄ tenent per quem liberatur a malo. Prorsus ammo-
nitio beatissimi apostoli de uestris cordibus non recedit. Siquis uobis
euangelizauerit praeter quod accepistis anathema sit; non aut plus quā
accepistis; sed praeter quod accepistis. Nam si illud diceret; sibi ipse praui-
dicaret; qui cupiebat uenire ad thessalonicenses ut suppleret quae illorum
fidei defuerunt; sed qui supplet quod minus erat addit; non quod inerat
tollat. Qui autem praeter greditur fidei regulam; non accedit in uia; sed
recedit de uia. quod itaq; ait dñs. Adhuc multa habeo uobis dicere sed n̄
potestis portare modo. adicienda illis fuerant quae nesciebant; non quae
didicerant euerterenda; & ille quidem sicut in pristino sermone iam ex-
posui potuit; & ita dicere; quia illa ipsa quae docuerat; si uellet eissic aperire
ut in illo concipiuntur ab angelis; hoc infirmitas humana in qua adhuc erant
ferre non possit; spiritalis autem homo qui libet potest alterum homi-
nem docere quod nouit; si proficiendo capaciores faciat sp̄s sc̄i; in quo &
ipse doctor aliquid amplius addiscere potuit; ut sint ambo docibiles dō.
-Quamquam & inter ipsos spirituales sunt utiq; alii alii capaciores; atq; me-
liores; ita ut quidam illorum ad ea perueniret quae non licet homini loqui;
qua occasione uani quidam apocalipsi pauli quam sana non recipit eccle-
sia; nescio quibus fabulis plenā stultissima praesumptione finxerunt; di-
centes hanc esse unde dixerat raptum se fuisse inter tum caelum; & illic
audisse ineffabilia uerba quae non licet homini loqui; ut cumq; istorum
tolerabilis esset audacia uerba dixisset quae adhuc non licet homini loqui;
cum dixerit quae non licet homini loqui; istis qui haec audiunt impudentē
& infeliciter loqui; sed iam istum sermonem hoc fine concludam; per quē
uos esse cupio sapientes quid sc̄m in bono; integros autem a malo;

**DE EO QUOD DICIT NON ENIM LOQUETUR A SEMETIPSO
SED QUAE CUMQ; AUDIET LOQUETUR.**

Quid est quod ait dñs de sp̄u sc̄o cum eum uenturum esse promit-
teret & docturum discipulos eius omnem ueritatem uel eos deduc-
turum in omni ueritate. Non enim loquitur a semetipso; sed quae
cumq; audit loquitur. simile est enim hoc ei quod de se ipse dixit; non
possum a me facere quicquam; sicut audio iudico; sed illud cum expone-
rit ^{in modo} secundum hominem possit accipi diximus ut oboedientiam suam
qua factus est oboediens usq; ad mortem crucis; praenunciasset filius ui-
deretur & in iudicio futuram quo uiuos & mortuos iudicabit; quia hoc

per id facturus est quod filius hominis est propter quod dixit. pater non iudicat quemquam sed omne iudicium filio dedit. quia in iudicio non forma dei qua aequalis est patri nec ab impiis uideri potest. sed forma hominis apparebit qua minoratus est & iam modico minus ab angelis est. quam uis iam in claritate non in pristina sit humilitate uenturus. conspicuus tamen futurus & bonis & malis; hinc ait & illud; & potestatem dedit ei iudicium facere. quoniam filius hominis est; in quibus uerbis eius manifestatur non eam formam praesentandam esse iudicio. in qua cum esset & non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. sed illam quam cum semetipsum exinanisset accepit. — Semetipsum enim exinaniuit formam serui accipiens. in qua uidetur & iam ad faciendum iudicium oboedientiam suam commendasse cum dixit. Non possum a me ipso facere quicquam. sicut audio iudico. Adam namque per cuius unius hominis in oboedientiam peccatores constituti sunt multi. non sicut audiuit iudicauit. quia quod audiuit praeruaricauit. & a semetipso fecit malum quod fecit. quia non dei uoluntatem sed suam fecit. Iste autem per cuius unius hominis oboedientiam iusti constituti sunt multi. non solum oboediens fuit usque ad mortem crucis. in qua est uiuus iudicatus a mortuis. sed oboedientem se futurum promittens in ipso quoque iudicio quo est de uiuis iudicaturus & mortuis. — Non possum inquit a me ipso facere quicquam. sicut audio iudico. sed numquid de spiritu sancto quod dictum est. Non enim loquitur a semetipso. sed quaecumque audiat & loquitur. secundum hominem uel secundum adsumptionem cuiusquam creaturae dictum esse audiuimus operari. solusque quippe in trinitate filius formam serui accepit. quae forma illi ad unitatem personae coaptata est. id est ut filius dei & filius hominis unus sit ihesus christus. ne non trinitas sed quaternitas praedicetur a nobis. quod absit a nobis. propter quam personam unam ex duabus substantiis diuinae humanaeque constantem. aliquando secundum id quod deus est loquitur. ut est illud quod ait. ego & pater unum sumus. aliquando secundum id quod homo est. sicut est illud. quoniam pater maior me est. Secundum quod accepimus esse ab eo dictum & hoc unde nunc disputo non possum a me ipso facere quicquam sicut audio iudico; In persona uero spiritus sancti quomodo accipiamus quod ait. — Non enim loquitur a semetipso sed quaecumque audiat & loquitur. cum in ex non sit alia diuinitatis. alia humanitatis uel alterius creaturae cuiuscumque substantia. magna exortitur difficultas; illud enim quod sicut columba spiritus sanctus apparuit specie corporali. uisio fuit ad horam facta. hacque transacta. sicut & iam quando super discipulos uenit. uisus sunt illis linguae diuinae uelut ignis. qui & in sedit super unum quemque eorum. Qui ergo dicit

columbam ad unitatem personae spūs scō fuisse coniunctam. ut ex illa &
 dō. quia spūs scī dī est una spūs scī persona constare. hoc & iam de illo igne
 compellitur dicere. ut intelligat nihil horum debere se dicere; ista enim
 quae de substantia dī quomodo opus erat significanda. cor potius homi-
 num sensibus sese intulerunt atq. transierunt. ad horam diuinitus facta sūt
 de creatura seruente. non de ipsa dominante natura quae in se manens
 quod uult mouet & quod uult immutabilis mutat. sicut & iam uox illa
 de nube aures utiq. attingit corporales. eumq. sensū corporis qui uocatur
 auditus. nec tamen ullomodo credendum est uerbum dī quod est uni-
 genitū filius qm̄ uerbum dicitur. syllabis sonisq. finiri. quia nec omnes
 simul sonare possunt cum sermo fit. sed tamquam nascentes morientib;
 ordine suo soni quicumq. succedunt ut totum quod loquimur. nouissima
 syllaba compleatur. Absit ut sic loquatur pater ad filium. hoc est dī ad uer-
 bum suum dīm; sed hoc eorum est capere quantum ab homine capi potest.
 ad quos non lac pertinet sed solidus cibus; cum igitur spūs scī nulla suscep-
 tione hominis sic homo factus. nulla susceptione angeli sit angelus factus.
 — Nulla susceptione cuiusquam creaturae creatura sit factus. quomodo de
 illo intelligendum est quod dñs ait. Non enim loquetur a se & ipso sed
 quae cumq. audiat & loquetur. Ardua quaestio nimis ardua. ipse adsit spūs ut
 saltem sicut ea cogitare possimus. sic eloqui possim ac sic ad intelligentiam
 uestram pro mei moduli facultate perueniat. Prius itaq. nosse debetis
 & intelligere nondum potestis. credere autem qui intelligere non potestis.
 qđ in ea substantia quae dī est. non quasi per corporis molem sensus locis ē
 propriis distributus. sicut in carne mortali quorumq. animalium alibi est
 uisus. alibi auditus. alibi olfactus. per totum autem factus. Absit hoc credere
 in illa incorporea immutabiliq. natura; audite ergo ibi & uideate id ipsum
 est; dicitur & olfactus in dō. unde dicit apostolus. sicut & xp̄s dilexit uos
 & tradidit semetipsum pro uobis oblationem & hostiam dō in odorem suau-
 tatis; & gustus intelligi potest. secundum quem dī & odit amaricantes &
 nec frigidos nec calidos sed tepidos euomit ex ore suo; & dī xp̄s dicit. meus
 cibus est ut faciam uoluntatem eius qui me misit. Est & iam factus ille diui-
 nus. unde dicit sponsa de sponso. sinistra eius sub capite meo & dextera eius
 complectetur me. Non sunt haec in dō per diuersa corporis locy. cum enim
 dicitur scire. ibi sunt omnia & uideate & audire & olfacere & gustare & tangere
 sine ulla eius mutatione substantiae. sine ulla mole quae in alia parte ma-
 ior. in alia minor. & iam in senibus puerili pectore cogitatur. quando dī sic
 cogitatur; nec mireris quod ineffabilis dī scientia qua nouit omnia. per

uarios humanae loquutionis modos omnium istorum corporalium sensuum
nominibus nuncupatur. cum & ipsa mens nostra hoc est homo interior, cui
uniformiter scientia per hos quinque, ueluti nuntios corporis diuersa nuntian-
tur. quando inmutabilem ueritatem intellegit. eligit diligit, & lumen uidet
de quo dicitur. erat lumen uerum. & uerbum audit de quo dicitur. In princi-
pio erat uerbum. & odorem capit de quo dicitur. post odorem ungentorum
tuorum curremus. & fontem bibit de quo dicitur. apud te fontis uitae. & tac-
tu fructur de quo dicitur. mihi autem adhaerere deo bonum est. nec aliud atq.
aliud sed una intellegentia tot sensuum nominibus nuncupatur; Cum er-
go de spiritu dicitur. Non enim loquitur a se & ipso sed quaecumq. audit
loquitur. multo magis ubi uerissime simplex est uel intelle-
genda est uel credenda. quae longe atq. naturam nostrae mentis excedit.
mutabilis est quippe mens nostra. quae percipit discendo quod nesciebat.
& amittit de discendo quod sciebat. & ueri similitudine fallitur ut pro uero
approbat falsum & obscuritate sua quasi quibusdam tenebris impeditur ne
perueniat ad uerum. & ideo non est ista substantia uerissime simplex cui
non hoc est esse quod nosse potest enim esse. nec nosse; At illud diuina si
potest. quia id quod habet est. ac per hoc non sic habet scientiam quae est. sed
utrumq. unum. nec utrumq. dicendum est quod simpliciter unum est.
Sicut habet pater uitam in se & ipso. nec aliud est ipse quam uita quae in
illo est. & dedit filio habere uitam in se & ipso. hoc est genuit filium qui & ip-
se uita est. sic itaq. debemus accipere quod de spiritu dicitur. non enim
loquitur a se & ipso sed quaecumq. audit & loquitur. ut intellegamus non esse
esse a se & ipso. pater quippe solus de alio non est. nam & filius de patre natus
est. & spiritus sanctus de patre procedit. pater autem nec natus est de alio nec proce-
dit; nec ideo sane aliqua disparitas in summa illa trinitate cogitationi oc-
currat humanae. Nam & filius ei de quo natus est & spiritus sanctus ei de quo procedit
aequalis est; quid autem illic intersit inter procedere & nasci. & longum est
quaerendo disserere & temerarium cum disserueris definire. quia hoc &
mentis ut cumq. comprehendere & si quid forte inde mens comprehen-
derit. linguae difficillimum est. quantum libet praesit doctor. quantum li-
bet adsit auditor. Non ergo loquitur a se & ipso. quia non est a se & ipso.
sed quaecumq. audit & loquitur. ab illo audit & a quo procedit; audite illi scire
est. scire uero esse. sicut superius disputatum est; quia ergo non est a se
& ipso. sed ab illo a quo procedit. a quo illi est essentia. ab illo scientia. ab
illo igitur audientia. quod nihil est aliud quam scientia. Nec moueat quod
uerbum futuri temporis positum est; non enim dictum est. quaecumq.

ut aliud illi sit scientia quam scia aliud essentia quae est.

audiuit. sed quaecumq. audi& loqu&ur; illa quippe audientia sempiterna est. quia sempiterna scientia, in eo autem quod sempiternum est, sine initio & sine fine. cuius lib& temporis uerbum ponatur, siue praeteriti siue futuri, non mendaciter ponitur, quamuis enim natura illa immutabilis & ineffabilis non recipiat fuit & erit sed tantum est, ipsa enim ueraciter est quia mutari non potest. & ideo illi tantum conuenient dicere. — ego sum qui sum. & dices filius israhel qui est misit me ad uos. Tamen propter mutabilitatem temporum in quibus uersatur nostra mortalitas & nostra mutabilitas, non mendaciter dicimus, & fuit & erit & est; fuit in praeteritis saeculis, est in praesentibus, erit in futuris, quia numquam defuit, erit quia numquam de erit, est quia semper est; neq. enim uelut qui uis non sit, cum praeteritis occidit, aut cum praesentibus uelut qui non maneat labitur, aut cum futuris uelut qui non fuerat oritur, proinde cum secundum uolumina temporum loquutio humana uariatur, qui per nullum de esse potuit aut potest aut poterit tempora uera de illo dicuntur cuius lib& temporis uerba, semper itaq. audit sp̄s sc̄s, quia semper scit; ergo & sciuit & scit & sciet. Ac per hoc & audiuit & audi& quia sicut iam diximus, hoc est illi audire quod scire, & scire illi hoc est quod esse, ab illo igitur audiuit, audit, audi& a quo est, ab illo est a quo procedit. hic aliquis forsitan quaerit, utrum & a filio procedat sp̄s sc̄s, filius enim solius patris est filius, & pater solius filii est pater. sp̄s autem sc̄s non est unius eorum sp̄s sed amborum, habet ipsum dñm dicentem. Non enim uos estis qui loquimini sed sp̄s patris uestri qui loquitur in uobis, habet & apostolum, misit d̄s sp̄m filii sui in corda nostra. Numquid duo sunt, alius patris, alius filii, absit, unum enim corpus ait cum significat & ecclesiam, mox q. addidit, & unus sp̄s, & uide quomodo lectio illic impleat trinitatem. Sicut uocati estis inquit in una spe uocationis uestrae unus dñs. hic utiq. xp̄m intelligi uoluit, restat ut & iam patrem nomin&, sequitur, ergo una fides, unum baptisma, unus d̄s & pater omnium qui super omnes & per omnes & in omnibus, cum ergo sicut unus pater, & unus dñs id est filius, ita sit & unus sp̄s, profecto amborum est, quando quidem dicit ipse xp̄s ihs, sp̄s patris uestri qui loquitur in uobis, & dicit apostolus, misit d̄s sp̄m filii sui in corda nostra, habet alio loco eundem apostolum dicentem. Si autem sp̄s eius qui suscitauit ihm ex mortuis, habitat in uobis, hic utiq. sp̄m patris uoluit intelligi. De quo tamen alio loco dicit, quisquis autem sp̄m xp̄i non habet, hic non est eius, & multa alia sunt testimonia quibus hoc euidenter ostenditur, & patris & filii esse sp̄m, qui in trinitate dicitur sp̄s sc̄s, nec ob aliud existimo ipsum proprie uocari sp̄m.

cum & iam ^{singulis} fide, interrogemus: non possemus nisi & patrem & filium
sp̄m dicere. quoniam sp̄s est d̄s. id est incorporeus d̄s sed sp̄s. quod ergo commu-
niter uocantur & singuli. hoc proprie uocari oportuit eum quoniam non est uni-
us eorum. sed in quo communitas appareat amborum; Cur ergo nō creda-
mus quod & iam de filio procedat sp̄s sc̄i. cum filii quoque, ipse sit sp̄s. si enim si
ab eo procederet & non post resurrectionem se representans discipulis suis
insufflasset & dicens: accipite sp̄m sc̄m; quid enim aliud significauit illa insuf-
flatio. nisi quod procedat sp̄s sc̄i & de ipso. ad hoc pertinet & iam illud quod
ait de muliere quae fluxum sanguinis patiebatur. & igit me aliquis; ego enī
sensi uirtutem de me exisse. Nam uirtutis nomine appellari & iam sp̄m sc̄m,
ex eo loco clarum est. ubi angelus dicenti mariae. quomodo fiet istud. quoniam
uirum non cognosco. Respondit. Sp̄s sc̄i super ueniet & uirtus altissi-
mi obumbrabit tibi; & ipse d̄s promittens eum discipulis ait; Uos autem se-
de & in ciuitate. quousque, induamini uirtute ex alto; & iterum; accipitis
inquit uirtutem sp̄s sc̄i super uenientem in uos. & certis mihi testis. ~~sc̄i~~
uirtutē credendus est dicere euangelista. uirtus de illo exiebat & sana-
bat omnes. Si ergo & de patre & de filio procedit sp̄s sc̄i. cur filius dixit.
de patre procedit. nisi quem admodum sol & ad eum referre & quod ip-
sius est de quo & ipse est. unde illud est quod ait; mea doctrina non est mea
sed eius qui me misit. Igitur, hic intelligitur eius doctrina quam tamen
dixit non suam sed patris. quanto magis illic intelligendus est & de ipso
procedere sp̄s sc̄i. ubi sic ait. De patre procedit. ut non diceret. de me non
procedit. a quo autem habet filius ut sit d̄s. est enim de dō d̄s. ab illo habet
utique, ut & iam de illo procedat sp̄s sc̄i. ac per hoc sp̄s sc̄i ut & iam de filio pro-
cedat. sicut procedit de patre. ab ipso habet patre; hic ut cumque, & iam illud
intelligitur. quantum a talibus quales nos sumus. intelligi potest. cur
non dicatur natus esse. sed potius procedere sp̄s sc̄i. quoniam si & ipse filius di-
ceretur. amborum utique, filius diceretur. quod absurdissimum est; filius
quippe nullus est duorum. nisi patris & matris; absit autem ut inter d̄m
patrem & d̄m filium tale aliquid suspicemur. quia nec filius hominum si-
mul & ex patre & ex matre procedit. sed cum in matre procedit ex patre
non tunc procedit ex matre. & cum in hac luce procedit ex matre. non tunc
procedit ex patre. Sp̄s autem sc̄i non de patre procedit in filium. & de filio
procedit ad sc̄ificandam creaturam. sed simul de utroque, procedit. quam-
uis hoc filio pater dederit. ut quem admodum de se. ita de illo quoque, pro-
cedat. Neque enim possumus dicere quod non sit uita sp̄s sc̄i. cum uita
pater. uita sit filius; ac per hoc sicut pater cum habeat uitam in semet ipso.

dedit & filio habere uitam in semetipso. sic e dedit uitam procedere de illo si
 cut procedit & de ipso; sequuntur autem uerba dñi dicentis. & quae uentu
 rasunt adnuntiabi uobis. ille me clarificabit quia de meo accipiet & adnun
 tiabit uobis. Omnia quaecumq. habet pater meus sunt propterea dixit quia
 de meo accipiet & adnuntiabit uobis; sed quia iste iam prolixus est in alium
 sunt differenda sermonem.

INCIPIT SERMO .C.

DE EO QUOD SUPRA PROPOSUIT

Cum promitteret dñs uenturum spm scm. Docebit uos inquit omnem
 ueritatem. uel quod in nonnullis codicibus legitur. deducet uos in om
 ni ueritate. non enim loquetur a semetipso sed quaecumq. audiet loquetur.
 De quibus euangelicis uerbis iam quod donauit dñs disputauimus. nunc
 ea quae sequuntur attendite, & quae uenturasunt inquit. adnuntiabi uo
 bis; neq. hic est qm planum est immorandum. nihil enim habet quae stio
 nis cuius a nobis expositio flagitatur; sed quod adiungit. ille me clarifica
 bit. quia de meo accipiet & adnuntiabit uobis. Non neglegenter est tran
 seundum; quod enim ait. ille me clarificabit. potest intellegi quia dif
 fundendo incredentium cordibus caritatem. spiritalisq. faciendo. decla
 rauit eis quomodo patri filius esset & aequalis. quem secundum carnem prius
 tantum modo nouerant. & hominem sicut homines cogitabant. uel certe
 quia per ipsam caritatem fiducia repleri & timore depulso adnuntiauerunt
 hominibus xpm. ac sic eius fama diffusa est toto orbe terrarum. ut sic di
 xerit. ille me clarificabit. tamquam diceret; ille uobis auferet timorem.
 & dabit amorem. quomodo ardentius praedicantes gloriae meae per totum
 mundum dabitis odorem. commendabitis honorem; quod enim facturi fu
 erant in spu sco. hoc eundem spm dixit esse facturum; quale est & iam illud.
 Non enim uos estis qui loquimini sed sps patris uestri qui loquitur in uob.
 Uerbum quippe grecum quod est doxa. si alius clarificauit alius glorifi
 cauit. Latini inter praes in sua quisq. translatione posuerunt. qm ipsa
 quae grece dicitur doxa. unde dictum est doxa si & claritas inter praetur
 & gloria. Namq. fit quisq. clarus & claritate gloriosus. ac per hoc quod
 utroq. uerbo significatur. id ipsum est; sicut autem definierunt antiq.
 Latine linguae clarissimi auctores. gloria est frequens de aliquo fama
 cum laude. quaecum est in hoc mundo facta de xpo. non xpo credenda e
 magnum aliquid contulisse. sed mundo; bonum enim laudare. non lauda
 to sed laudantibus prodest. est autem & iam falsa gloria. quando laudan
 tes errore falluntur siue in rebus siue in hominibus. siue in utrisq. Nam
 in rebus falluntur. quando putant id bonum esse quod malum est;